

Dudith – Auctores transmissi

DUDITH Andreas

1533 - 1589

1560

DIONYSIUS HALICARNASSENSIS

Dionysii Halicarnassei De Thucydidis Historia Iudicium, Andrea Duditio Pannonio interprete.

Venise, 1560 (cf. RMK III. 478)

Illustriss. ac reverendiss. D. D. Nicolao Olaho¹, Archiepiscopo Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis, Legato nato, Primate Hungariae, ac sacratiss. Caesareae Regiaeque Maiestatis summo Secretario, Cancellario ac Consiliario etc. Principi optimo atque amplissimo, Andreas Duditius S. P. D.

Louange des recits historiques. Celui qui connaît pas le passé, restera enfant toute sa vie. Les plus grands hommes politiques étudient constamment l'histoire.

Magnos viros in omni aetate, Antistes amplissime, ac nunc quoque non leviter de scribenda historia video dissentire. Neque vero ulla mihi, totam rem accurate perpendenti, aut in literis, aut ad omnem vitae usum accomodator inter eos disceptatio potuisse videtur excitari. Nam, ut ex aliis hominum studiis ad privatas res sive honor, sive fructus emanet : nullam tamen artem, aut facultatem, si rem penitus inspiciamus, cum historia conferendam, nullam, quae se ad omnia vitae genera aequè porrigat, inveniemus. Haec enim non privata solum, verum etiam publica spectat commoda : ex hac petitur moderatrix et magistra vitae prudentia, cum aliorum eventis, nullo nostro labore, nullo periculo, non modo sine molestia, verum etiam iucundissime, in otio sedentes erudimur. Ut non immerito eam viri praestantes lucem veritatis, vitae ducem appellarint. Nam cum nihil oportune, nihil sapienter, neque privatim, neque publice, nisi a prudentibus viris, geri posse constet, cui perspicuum non est, ad vitam recte instituendam, ad remp. ipsam recte et ordine gubernandam, nihil utilius esse, nihil aptius historia ? Quod quidem et verum esse, et aliter esse non posse, non ego de multis unus, sed ita multi me cum sentiunt, itaque fatentur, ut, qui nesciat quid ante quam natus sit,

¹ Oláh Miklós (1493-1568) esztergomi érsek és humanista, 1512-ben került II. Ulászló udvarába, majd 1518-ban egyházi pályára lépett. A mohácsi csata után Mária királyné főtitkára. 1553-ban megkapta az esztergomi érseki címet. Az ő nevéhez fűződik a nagyszombati jezsuita akadémia alapítása (1554.) Kiterjedt humanista kapcsolatokkal rendelkezett, élénk levelezésben állt Rotterdami Erasmusszal. Egyik legjelentősebb műve : *Atila*, Bázél, 1568. (cf. RMK III. 570), amelyet Zsámboki János (Johannes Sambucus) adott ki először Antonio Bonfini Rerum Ungaricarum Decades című nagy történelmi munkájának az 1568. évi bázeli kiadásához fűzve. A munka a magyar történelem gazdag leírását adja. V.ö. : Magyar Katolikus Lexikon, IX. Meszr-Olt, Budapest, 2004.

acciderit, eum puerum semper esse, hoc est, omnis expertem prudentiae, ac pene rationis arbitrentur. Qui vero ita versatur in historia, ut, quid aliis in omni rerum ac temporum varietate contigerit, perattente notet, ad usumque suum traducat, imperiorum et maximarum rerum initia, progressus, finem denique ipsum observet, et haec suas ad causas omnia referat, non ne is tam accurata, tamque multiplici observatione non mediocrem sibi in omni genere sapientiam comparat? Non ne, velut in quadam specula constitutus, actiones hominum prospicit, quoque modo, quoque tempore quidque fieri conveniat, unus optime intelligit? Quocirca, sapientissimos viros, qui saepe aut labentem remp. sua prudentia confirmarunt, aut iacentem erexerunt, magnopere historiarum studia coluisse, proditum est. Quo quidem ipso ex genere quo quisque rerum ante se gestarum cupidior fuit, eo se virum fortiorem, eo meliorem patriae civem praestitit.

Les historiens méritent encore plus notre estime que ceux qui sacrifient leur vie pour la patrie. Beaucoup de chefs d'armée ont fini par écrire leurs propres histoires. Très rares sont, d'ailleurs, les historiens qui soient à la hauteur de leur tâches.

Ex quo non minorem esse laudem, immo vero et longe maiorem eorum, qui se ad scribendas historias contulerunt, quam qui maximis pro patria se periculis obiecerunt, ac vitam denique ipsam profuderunt, facile licet animadvertere. Alteri enim duntaxat ei, pro qua decertarunt, reip. profuerunt, alteros et omnibus, quae tunc essent, et iis etiam, quae postea fuere, aut quae unquam erunt, mirabilem attulisse fructum constat. Quid cum apud Graecos Thucydides, et Xenophon in primis animadverterunt, Annibal etiam apud barbaros, apud Latinos Cato, Sylla, Lucullus, Caesar, et qui hos sunt consecuti, Augustus, Hadrianus et Gordianus, summi viri, et principes eximii, tot civitatibus captis, tot provinciis debellatis, tot victoriis partis, tot triumphis actis minime contenti, cum his omnibus praestantius quiddam esse ac divinius, historiam condere, arbitrarentur, omnes cogitationes a bellis gerendis ad res gestas litterarum monumentis, atque hominum memoriae consecrandas traduxerunt. Quae quidem res non, ut omnium praestantissima, sic omnium facillima videtur. Argumento est eorum infrequentia, qui laudabiliter historiam scripsisse memorantur. Apud Latinos quidem vix unum esse, aut fortasse ne vix quidem, qui laudem absolutam assequatur, neminem, qui culpam omnem vitet, multis placet. Graeci, pulcherrimarum semper artium amantissimi, ideoque maiore etiam, quam ceterae gentes, sapientia praediti, Latinis illi quidem omnibus historiae componendae scientia praestiterunt, verum nec ipsi, excellenti licet ingenio clari, omnem in hoc certamine laudem tulerunt. Nam, ut alios omittam, ipsum historiae principem Thucydidem non omnes aequae celebrant. Neque vero Demosthenis, eloquentissimi viri, qui eius libros octies manu sua descripsisse traditur, tanti esse potuit auctoritas, ne quid ei vitio daretur ab iis, qui aliena quoque corrigere pulchrum putarunt, cui sane hominum generi, gravissimorum virorum scripta ad rationem, et rectam scribendi normam exigenti, non multo minus profecto debere nos fatendum est: quam illis ipsis, quos tantam humanae vitae utilitatem conficiendis historiis afferre iam diximus. Perficiunt enim subtilitate, et acrimonia iudicii, ut nos quoque, si quando usus veniat, ab indicata quasi fovea declinantes. Laudabilis industriae cursu ad propositam nobis in historia metam pervenire possimus. Has iudicandi partes inter Latinos nonnulli sumpserunt: sed feliciores aliquanto ab hac etiam laude Graeci.

L'ouvrage de Denys de Halicarnasse, même mutilé, prouve la supériorité des œuvres historiques grecques. Ses commentaires sur Thucydide étaient déterrés par Paolo Manuzio qui en a confié la traduction latine à Dudith.

Quorum si nulla praeterea nunc extarent summae doctrinae monumenta, quae miserabili vetustatis naufragio plurima periere, unius nobis Dionysii Halicarnassei, ingenio simul et iudicio praestantis, concompactae, ac decurtatae tabulae satis ostendunt, quantum ingenii acumine, quantum doctrina, quantum etiam industria Graeci omnibus gentibus antecellant. Is, ut erat iudicio peracri, cum decem summorum apud Graecos oratorum scriptis iudicandis prorsus admirabilem se praebuisset, ad Thucydidem quoque cogitationes convertit. Qui cum omnes, ut Cicero etiam testatus est, dicendi artificio facile vicerit, cumque ita creber sit rerum frequentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero consequatur, ita porro verbis aptus, et pressus, ut nescias utrum res oratione, an verba sententiis illustrentur : mirum tamen est, quam non huic nostro satisfaciat. Perpendit omnia : pleraque damnat. At quibus rationibus ? Mihi quidem videtur, omnium firmissimis. Quae si attendantur, non iam in historia summus Thucydides videbitur, sed omni tanquam honestate privatus, infimo loco, et postremo in ordine contemptus iacebit. Hac porro censura dum utitur Dionysius, praeclaram omnibus texendae historiae normam proponit, et leges quasdam statuit : quas qui servet, non vulgarem a cunctis laudem ferat. Iam in verborum ponderibus examinandis quantus est ? Hoc equidem ausim affirmare, quod graecae linguae peritis non dubie patet, Thucydidis scripta, si hoc libro careamus, neque quod ad sententias, neque quod ad verba attinet, prorsus intelligi posse. Hunc talem, tamquam utilem Dionysii de Thucydidis historia commentarium, seu potius thesaurum quendam, ex abditis tenebris nunc primum erutum, Paulus Manutius, singulari vir eloquentia, doctrinaque ornatus, ea mihi conditione donavit : ut eum Latinis hominibus latine loquentem communicarem. Quod ego mihi oneris imponi pro mutua benevolentia facile sum passus. Quanquam me non lateret, quam difficili in loco versaretur eorum industria, qui graeca latine interpretanda susciperent. Nam si graeca cum latina lingua conferatur, quid, quaeso, illa plenius, quid hac ieiunius inveniri queat ? Quod nos in quodam nostro libello; satis copiose, satisque, ut arbitramur, dilucide ostendimus. Quare, si quae graece optime intelliguntur, ea latinum aliquando in sermonem ita sunt translata, ut coniciere potius, quid sibi interpret velit, quam videre plane liceat, id non tam ipsius inscitia interpretis, quam latinae linguae inopia accidere, iudex aequus existimabit.

Dudith n'a pu consacré plus qu'un mois à ce travail. Il tenait compte du sens des phrases et non des mots. Même méthode suivie dans ses traductions des autres œuvres de Denys d'Halicarnasse, ainsi que dans celles de Longin et de Diodore de Sicile. Bientôt il dédiera au dédicataire un commentaire sur les Évangiles, copié il y a sept cents ans et confié à lui par Michael Sophianus.

Nos in hoc libro tum per difficili, tum etiam multis locis depravato summam adhibuimus diligentiam, quantum tamen unius mensis studio potuimus consequi, (neque enim plus huic est negotio tributum temporis) ut is non omnino inelegans, atque incomptus in ora hominum prodiret. In quo quidem interpretando meum consilium hoc fuit, exemplo videlicet eruditissimorum vel nostrae, vel superioris aetatis hominum, non ut verba, vitandi laboris gratia, singula singulis reddens, annumerarem, sed ut sententias ipsas appenderem. Quod quidem institutum in aliis quoque eiusdem scriptoris libris, quos de arte rhetorica, deque apta inter se uerborum collocatione scripsit, item in Longino, ac tribus postremis Diodori Siculi libris convertendis, quos omnes nunc in manibus habeo, servavi. Quos quidem una cum vetustissimo quodam in quattuor Evangelia commentario graeco, quem mihi ex augustissima

sua bibliotheca, ante septingentos annos descriptum, *Michael Sophianus*², philosophiae peritissimus, graecae linguae scientia plane singularis, commodavit, in tuo nomine propediem divulgabo.

Louange du dédicataire qui nourrit un projet d'un livre sur l'Histoire de la Hongrie

Tu interim, sanctissime Antistes, hunc primum, qualiscunque est, ingenii nostri fœtum, tibi a me, pro tuis in me meritis, veluti numini dicatum, benigne accipe ; non ut aliquid a Dionysio discas ; (quid enim te latet) sed ut otii mei, cuius Cato reddendam rationem putat, opus aliquod, dum alia comparantur, appareat. Nam quod ad priorem illam partem spectat, cum tu quoque historiam rerum Hungaricarum mediteris, quam fore praeclarissimam, atque omni laudem genere cumulativissimam omnes augurantur, et cum literarum cognitione rerum usum, administranda tot iam annos totius reip. summa, coniunxeris, ex quo sapientiam es maxima consecutus : nihil tibi extrinsecus petendum : omnia sunt in te ipso, eaque ut perpetuo sint, id est, ut quamdiutissime tua virtute perfruamur, cum bonis omnibus exopto. Quod vero ad me attinet, ita tibi iam pridem maximis tuis beneficiis sum devinctus, ut, quidquid in omni vita aut in litteris, aut aliis in rebus nostra praestabit industria, id tu iure tuo optimo tibi vindicare possis. Nam ut illa praeteream, in quibus tua in me, meosque summa benignitas apparuit, arctiori quodam tibi obstringar vinculo necesse est, quod tu multis iam annis labores gravissimos pro communis patriae salute et suscepisti, et adhuc eximia cum laude sustines : cum publicam rem non tam consiliis, atque prudentia tua, quam exemplo subleves innocentiae. Itaque merito Ferdinandus ipse, summus Imperator, ita iudicat, merito homines sic existimant, quasi lumen aliquod in magna rerum humanarum caligine, longinquis etiam gentibus elucere sanctitatem, consilium, et dignitatem tuam. Illa vero, omnium maxima, quibus efferenda laudibus, quibus exornanda praeconiis, qui pro tuenda Christi religione semper excusabat animus tuus ? Quod Pannoniam, miserabili diuturnoque iam bello attritam, atque ab immanissimo Christiani nominis hoste miserrimum in modum vexatam, firmissimo in eius finibus fortissimorum militum praesidio, ac veluti propugnaculo collocato, ita defendis, ut eam labentem, prope inclinatam, contra tantam vim unus propemodum sustineas, ac tuearis ? Itaque, te custode, nullas insidias, nullos impetus, nullam, ne fortunae quidem vim, Pannonia pertimescit. Quid autem timeat, cum ab eo pendeat, cuius consilia referuntur ad Deum, et a quo Deus optime sentiente nunquam abest ? Quae cum eiusmodi sint, non est, cur quisquam miretur, quod quotidie magis ex familia tua, tanquam ex virtutum omnium praeclaro quodam amplissimoque honestissimarum artium gymnasio, lectissimi homines prodeunt, qui secundis rebus moderati, adversis constantes, usum illius iustitiae, quae omnes virtutes complectitur, ex tua disciplina consecuti, reip. gubernacula ita tractet, ut facile summas tempestates summa tranquillitas consequatur. Hoc igitur abs te, quasi quotidianum tributum accipit resp. nostra, viros egregios, tuis virtutibus, tua liberalitate ad omnem laudem instructos, qui alios deinde suo ipsi exemplo ad verum decus, et ad solidam gloriam impellant.

Haec ego saepe mecum cogito, et, ut spero, scriptis etiam meis aliquando persequar. Statutum est enim, si quos aut collegi iam, aut in posterum fructus colligam studiorum meorum, omnes ad tuum arbitrium conferre, omnes dicare tuae laudi : licet ad eam accedere vel nihil possit, vel, si quid omnino, a te ipso tantum possit. Me tamen tuarum virtutum, ut earum imitationem ceteri excitentur, perpetua commemoratio delectabit. Idque mihi per tuam

² Michael Sophianus (?-1565), humanista és geográfus, Padovában és Rómában egyetemi tanár ; megadja Görögország leírását, latinra fordítja Arisztotelész *De Anima* c. értekezését. Tanítványai között tartjuk számon Nicasius Ellebodiust (?-1577) is. V.ö. : : Jöcher : *Allgemeines Gelehrten Lexicon*, Leipzig, 1750-1751.

incredibilem benignitatem, ut spero, vel potius ut confido, licebit, interim me, pro tua consuetudine, singularique bonitate, ut suscipias, habeasque in numero tuorum ac solita clementia proseguare, etiam atque etiam rogo. Deus te Max. Ecclesiae suae, quae tuis maxime consiliis nititur, et nobis, qui tuo patrocinio foveamur, quamdiutissime incolumem, fortunatumque servet. Patavii, III. Non. Mart. M. D. LX.

1571

Qua ratione, via, ac methodo, Historias cum Latinas, tum praesertim Graecas, intelligenda iudicanda ac legenda sint. Opus Eruditissimum Ac omnibus historiographis, multo Pernecessarium Dionisio Licarna Authore.
Venise, 1571. (cf. III. RMK 610)

Illustriss. ac revrendiss. D. D. Nicolao Olaho, Archiepiscopo Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis, Legato nato, Primati Hungariae, ac sacratiss. Caesareae Regiaeque Maiestatis summo Secretario, Cancellario ac Consiliario etc. Principi optimo atque amplissimo, Andreas Duditius S. P. D.

Magnos viros in omni aetate, Antistes amplissime, ac nunc quoque non leviter de scribenda historia video dissentire. [...] Patavii, III. Non. Mart. M.D.LX.

Voir :

Dionysii Halicarnassei De Thucydidis Historia Iudicium, Andrea Duditio Pannonio interprete
Venise, 1560

1576

BODIN (JEAN)

Jo. Bodini Methodus historica, Duodecim eiusdem argumenti Scriptorum, tam veterum, quam recentiorum, Commentariis adaucta: quorum elenchum Praefationi subiecimus

Bâle, Petrus Perna, 1576 (Budapest Ant. 5739 ; cf. RMK III. 5364)

[p. 908] **Illustriss. ac reverendiss. D. D. Nicolao Olaho, Archiepiscopo Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis, Legato nato, Primati Hungariae, ac sacratiss. Caesareae Regiaeque Maiestatis summo Secretario, Cancellario ac Consiliario etc. Principi optimo atque amplissimo, Andreas Duditius S. P. D.**

Magnos viros in omni aetate, Antistes amplissime, ac nunc quoque non leviter de scribenda historia video dissentire. [...] Patavii, III. Non. Mart. M.D.LX.

Voir :

Dionysii Halicarnassei De Thucydidis Historia Iudicium, Andrea Duditio Pannonio interprete

Venise, 1560

1579

ARTIS HISTORICAE PENUS

Artis historicae penus. Octodecim Scriptorum tam veterum quam recentiorum monumentis et inter eos Io. Bodini libris Methodi historicae sex instructa. Autores sequens pagina indicabit :

Bâle, Petrus Perna, 1579 (Budapest, Ant. 5758/1 ; cf. RMK III. 5388)

Autores qui in hoc volumine continentur :

Primo Tomo.

I. Joan. Bodini Andegavensis Methodus historica.

II. Fr. Patritii³ Dialogi X. de Historia.

III. Ioan. Pontanus⁴ de Historia

IV. Fr. Balduinus⁵ de Historia universa, et eius cum Iurisprudencia coniunctione lib. 2.

V. Sebastiani Foxii Morzilli⁶ de Historica institutione.

VI. Joan. Ant. Viperanus⁷ de scribenda Historia.

VII. Fr. Robertellus⁸ de Historia.

VIII. **Dionysius Halicarnasseus de Thucydidis historia iudicium, cum Duditii Praefatione.**

Secundo Tomo

IX. Christophorus Milaeus⁹ de Historiae universitate.

X. Ubertus Folieta¹⁰ de Ratione scribendae historiae, et de Similitudine normae Polybianae.

³ Francesco Patrizi (1529-1597) était professeur de philosophie à Ferrare et à Rome, voir EI 26, 522.

⁴ Giovanni Pontano (1429-1503) était poète et diplomate, voir EI 27, 850-853 et CE 3, 113-114.

⁵ François Baudouin (1520-1573), alias Franciscus Balduinus, était professeur de droit à Bourges, à Angers et à Heidelberg, voir DBF 5, 908-909. Elsőként rekonstruálta Justinianus törvénykönyvét, és kommentálta Minucius Felixet.

⁶ Sebastián Fox Morcillo (ca. 1526-1560) était philosophe, voir *L'Europe des Humanistes. Sevillában született filológus és filozófus, Platon és Aristoteles kommentátora, műveiben a platóni és az aristotelesi filozófia összeegyeztetésére törekedett.*

⁷ Johannes Antonius Viperanus (?-1610), költő, filozófus és történész, itáliai humanista, királyi segédlelkész, és II. Fülöp életrajzírója. 1588-ban Giovinezzo püspöke, vö : Paul Oskar Kristeller : *Renaissance Thought and the arts. Collected Essays*, Princeton University Press, 1990., *Indice Biografico Italiano*, Paris- London- München- New York, 2002

⁸ Francesco Robortello (1516-1567) était professeur de Lettres à Pise, à Venise, à Bologne, et à Padoue, voir EI 29, 519. Több antik szerzőt kiadását készítette elő, ezek közül a leghíresebb Aristoteles *Poetica*-jához írt kommentárja.

⁹ Christophorus Milaeus (?-1570) irodalmár és filológus professzor a lyoni Collège de la Trinité- nél. Vide : *Index biographique français*, London, 1993.

- XI. David Chytraeus¹¹ de recte instituenda Historiae lectione.
XII. Lucianus Samosatensis de scribenda Historia.
XIII. Simon Grinaeus¹² de Utilitate legendae historiae.
XIII. Caelius Secundus de eadem¹³.
XV. Christophori Pezelii oratio de historia¹⁴.
XVI. Theodorus Zuinggerus Medicus Basiliensis¹⁵.
XVII. Joan. Sambucus Caes. Historicus.
XVIII Antonius Riccobonus¹⁶ de Historia et de ea veterum fragmenta recens adiuncta.

Illustrissimo principi ac domino, Domino Friderico comiti Wirtenbergensi et montis Belligardi, Domino suo clementissimo.

In lubrico atque praecipiti vitae huius cursu, Illustrissime Princeps, φιλολογία historica non tantum mirabili voluptate animos perfundit, sed etiam incredibiles maximorum emolumentorum fructus ad omnia humana negotia suppeditat, ut in alia re nulla plus videatur esse subsidii hominibus constitutum ad vitam quiete et honeste transigendam. Quod tum veteres omnes senserunt, qui historiam dixerunt vitae esse simulacrum et speculum, tum Polybius perspicuis verbis expressit, cum inquit, Quia homines sumus, et praesentem felicitatem (ut sunt res humanae fluxae atque instabiles) labi posse intelligimus, rerum gestarum peritiam, non modo iucundam, verum etiam necessariam esse iudicandam. Etenim quo pacto recte, prudenter et sine incommodo inter homines vitam institues? Quomodo

¹⁰ Uberto Fogliata (1518-1581), historien italien, auteur d'un ouvrage intitulé *De Causis Magnitudinis Turcarum Imperii, ad M. Antonium Columnam cardinalem*, imprimé plusieurs fois en Italie et réimprimé par David Chytraeus en 1594 à Rostock, voir *Henri II Estienne* sous presse. Cremonai jogász, a civil jog professzora Perugiában.

¹¹ David Chytraeus (1531 - 1600), alias Kochhaffe, lutheránus teológiaprofesszor était professeur, à Rostock, lutheránus katekézise egy évszázadon át hatást gyakorolt egész Németországra, voir ADB 3, 254.

¹² Simon Grynaeus (ca 1494-1541), théologien protestant, était professeur de grec, à Vienne (Autriche), voir NDB 7, 241-2 et CE 2, 142-6. Erasmus követője és Livius könyveinek kiadója. 1538-ban Joachim Camerariusszal együtt elsőként publikálták Ptolemaios *Megale syntaxis* c. asztronómiai munkáját.

¹³ Celio Secondo Curione (1503 - 1569) était préfet des études à Lausanne et professeur de lettres à Bâle, voir DBI 31, 443 - 449. Paviában, Mainardi professzor hatására tér át a protestáns hitre ; később a katolikus egyház és Kálvin ellen is ír egy-egy értekezést. Bâzelben retorikát tanít, és az ottani itáliai humanisták egyik vezető alakjává válik.

¹⁴ Christophorus Pezelius (1539-1604) evangélikus teológus, wittenbergi professzor *Allgemeine Deutsche Biographie* (ADB), Band 25, Leipzig, 1887, 575-577 ; *Neue Deutsche Biographie* (NDB), Band 20, Berlin 2001, 287.

¹⁵ Theodor Zwinger (1533 - 1588) svájci humanista, anyai ágon Johannes Oporinus rokona, Párizsban tanul a kor legkiválóbb grécistáitól, Padovában orvosi egyetemet végez. Svájcba visszatérve a Bâzelben görögöt és morálfilozófiát tanít, eközben gyógyító tevékenységet is folytat. était professeur de grec, de philosophie morale et de médecine à l'Université de Bâle, voir ADB 45, 543-4.

¹⁶ Antonio Riccoboni (1541-1599) történetíró és filológus, Padovában retorikát oktat. Aristoteles *Poeticáját* és *Eticáját* látja el kommentárral. était professeur de rhétorique à Padoue, voir EI 29, 252.

iniuriam propulsabis, alios in sententiam inflectes, animos devincies, et ut summatim dicam, unde ullum subsidium vitae humanae comparabis, nisi ut singula quaeque a maioribus nostris gesta sunt, ita animo et memoria complectaris ? Praeteritae quippe res, optima sunt rerum gerendarum documenta. Quae publice et privatim maximum in vita mortalium habent momentum. Inde totius vitae et omnium negotiorum doli, astus, fraudes, fallaciae, machinae, insidiae, prestigiae, calumniae, scelera, crimina, consilia, stratagemata (quorum omnium nos specimen propediem in peculiari libro exhibebimus,) quasi in speculo ante conspectum clarissime proponuntur : quibus nos et uti in periculis avertendis, cum similia usu veniant, et interdum etiam abuti possumus : quod Platoni ipsi non visum fuit turpe esse, si in Reipublicae commodum convertatur. Ut etiam Philippum Macedonem legimus Alexandro filio consilium dedisse, ut omnium civitatis primariorum hominum, sine delectu et bonorum et malorum amicitiam consecratus, illis uteretur, his abuteretur. Quo pacto quoque Lysander, quo non pertingit Leonina, assuendam vulpinam suasit. Et alius cancrorum versutiam imitatione nostra exprimendam esse iudicavit, qui mirabili naturae artificio, ostrea capere dicuntur, lapillis inter conchas interiectis, cum illas accipiendi solis causa patefecerunt : atque isto modo, quod vi non possunt, assequuntur singularis artis adminiculo.

La prévoyance n'est rien d'autre que la mémoire des événements antérieurs. La Germanie actuelle devrait prendre exemple sur une mesure prise par les anciens Athéniens, - qui ont interdit d'utiliser le trésor de l'État à autre fin que de chasser l'ennemi - elle pourrait résister alors aux Turcs.

Nam quod multi arbitrantur veterum exempla nihil ad prudentiam conciliandam attinere, perniciosus est error : cum constet prudentiam nihil esse aliud, quam praeteritorum memoriam, ratione quadam applicatam ad coniecturam futurorum. Ut ex multis unum commemorem, legimus Athenienses multorum hostium armis oppressos, cum nullum aliud per fugium, nullum praesidium in cuiusquam benevolentia positum haberent, cepisse consilium, ut magnam vim amplissimae pecuniae conflarent, eamque in certo loco collocatam, in nullos usus quam ad publicum hostem arcendum impenderent : et ideo legem tulerant, ut capitis damnaretur, quisquis aliam in Senatu sententiam dixisset. Quod cum illis salutariter ad optabilem prosperrimumque exitum evenerit, si quis nunc afflictae et misere divexatae Germaniae, tanquam saluberrimum et necessarium remedium applicaret, posset ne cuiquam esse dubium, quin Germania iterum animum erectura, et ab omni hostium metu respiratura esset ? Cum enim duo in nobis sint amplissima : potestas innumerabilis conficiendae pecuniae, et fortissimorum militum infinita multitudo, si Atheniensium exemplum imitatione consequeremur, non video quomodo aut Turca, aut alius Turca potentior, iniuriam nobis facere, vel formidinem incutere possit. Hoc est, si primum copiosissima pecunia, communi contributione parta, loco aliquo tuto collocaretur : idque sancita lege, ne alio quam in hostem publicum imperii abalienaretur : deinde constituerentur ex fortissimis viris, quorum virtus iam antea domi et militiae enitisset, belli duces, cum equestribus et pedestribus copiis necessariis quod cum Turca et alii exteri comperissent, quantum essemus et bellicis nervis et viris instructi, et quanta omnium consensione ad depellendos hostes incumberemus, vix bellum inferrent, aut si intulissent, nullo negotio dissiparetur. Ita unum exemplum Atheniensium, imitatione ad nos resque nostras translatum, omnibus annuis exactionibus et turpissimis barbarorum hostium direptionibus, finem tandem afferret.

Plus encore que les historiens, les commentateurs des œuvres historiques méritent notre estime.

Sed quid opus est in re perspicua multorum exemplorum luminibus ? Cum nulla sit pars, aut privatae, aut publicae vitae, in qua ad prudentiam et felicitatem historia non primas teneat partes. Quod cum ita sit, constat non illos tantum laude esse ornandos, qui res gestas litteris traditas et propagatas nobis reliquerunt, verum etiam, multoque magis, qui lucem veterum scriptis attulerunt, et nobis ad eorum historias cognoscendas aperuerunt viam. Est enim si quicquam aliud, historiarum profecto tractatio maximis difficultatibus obstructa : ut eum sit necesse in multos errores impelli, qui non diligenter assidueque animum intenderit : non solum quid acciderit, sed quando, quo loco, modo, consilio, qua de causa, in quem finem sit quodque factum : quid antecedit, quid subsequatur. Verum cum istud non in communi omnium intelligentia positum esse videretur, caeperunt viri eruditi, et qui plurimum studii atque temporis historiis impertiissent, reliquis infiniti laboris modum ostendere : et ad ea quae longissimo tempore, summaque diligentia percepissent, quasi suorum ingeniorum lumina, cum magna laude, contra historiarum tenebras praeferre, in illis libris, quos Methodos historiarum non iniuria inscripserunt. Quod cum alii praeclare praestiterunt, tum praecipue Bodinus, Patritius, Balduinus, Foxius, Viperanus, Mylaeus, Chytraeus, et alii, quorum nomina in singulis tomis exprimuntur, inter caeteros ad summam gloriam et sempiternam posteritatis memoriam splendent : quorum quidem generaliter communes notiones persequuntur : alii etiam in specie exemplorum appositione, quasi pulcherrimis lineamentis expoliverunt.

Johannes Wolf a réunis dans ce volume des commentateurs qui nous font comprendre les anciens œuvres historiques. Quant à leurs mérites respectifs il laisse les autres juger. Il remarque toutesfois le manque d'objectivité de Jean Bodin.

Itaque ego illos Reipublicae iuvandae causa, nuper in unum librum colligavi, et clarissimo Typographo, viro docto, atque de bonis litteris optime merito, Domino Petro Pernaе author fui, ut simul diversis tomis in lucem emitteret. De quibus iudicium cuique relinquo liberum. Etsi Bodinus, optimus author nimium affectuum habenas laxasse videtur, hoc ipso quod in criminando aliarum gentium moribus, modum non tenet : contra, quantum verborum pigmentis potest, proprios negligit et extenuat. Nam ut ex multis unum dicam, quod Germanis duo crimina probri loco obicere videtur, hebetudinem et crapulam : quam nullis unquam legibus emendari potuisse dicit : alterum turpiter per commentatitiam calumniam effinxit : in altero, etsi dolemus aliquos nostros non iniuria culpari, tamen quod perenne et perpetuum esse dicit, errore tenetur. Neque potuit homo alioquin doctissimus prae nimia insectandi libidine videre, id multo citius futurum, quam illius populares, levitatem insitam illis, de omnium pene historicorum testimonio, atque natura ingeneratam exuent. Eam quo pacto audeat celeritatem animi, atque alacritatem interpretari, ipse viderit. Cum si recte perpendas, levitas non possit esse animi alacritas, sed vitium gravitati atque constantiae adversarium, et crebra quaedam sententiarum, tanquam tempestatum commutatio. Plaut. in Men. Quid ait homo levior quam pluma ? Et Cicero : Quid est inconstantia, mobilitate et levitate turpius ? Sic raro videmus manticae, quod in tergo est, et propriis prorsus caecutimus. Ut probe Persius :

*Ut nemo in sese tentat descendere nemo,
Sed praecedenti spectatur mantica tergo.*

Captatio benevolentiae

Verum, ut dixi, sit libera cuique iudicandi, potestas. Ad te autem Illustrissime Princeps, librum tanquam omnium historiarum clavem mittere visum est : quod virtutum tuarum est studiorum fama per universam Germaniam percrebrescat, et praesertim quanta cupiditate flagres, non solum cognoscendae, sed etiam imitandae in laudabilibus veterum Regum et Caesarum exemplis historiae. Quod cum constanti multorum sermone nuntiaretur, facere non potui, quin ad eam cupiditatem, quam natura in te incendit, et diligens institutio doctissimorum auxit, novas tibi faces, pulcherrimis libellis praeferrem. Etsi enim te domi tuae in clarissimorum hominum et praesertim Nobilis Samuelis a Reischach, viri literarum et familiae, et omnium virtutum splendore atque gloria praestantissimi, consuetudine abundare oportet, praeceptis institutisque omnium rerum : tamen, ut ipse ex his libellis summam utilitatem et voluptatem cepi, ita spero tibi incredibilem singularis iucunditatis fructum et nonnihil etiam subsidii ad historiarum studium allaturos esse. Oro igitur quanta possum animi demissione, ut elementissime hanc meam voluntatem, in optimam aequissimamque partem accipias, et tum autores, tum me gratia tua atque benevolentia complectaris. Deus Opt. Max. te pulcherrime florescentem ad summam Germaniae gloriam diutissime conservet, ut honestissimi desiderii expectationem, quam apud omnes de te commovisti, explere possis. Celerrime, ex Mundelsheim, mense Augusto. Anno M.D. LXXVI.

Celsitudini tuae Addictissimus Ioann. Wolffius de Tab. Montanis I. V. L. Phil. Palatini et Caroli March. Bad. Consiliarius.

Historiarum Amatori Typographus S.

Le typographe voulait éditer dans ce volume uniquement les écrivains modernes, mais cédant à la volonté des hommes savants, il a inclue aussi quelques anciens.

Etiam si nostri operis principio non eramus eius sententiae, ut quotquot de Historia scripserant autores, uno volumine complecteremur, sed recentiores tantum, Bodinum Gallum, et Patritium Italum, hunc ingenio et acumine, illum methodo et facilitate, nullo nostri seculi scriptorum inferiorem, coniungeremus : pervicit tamen quotidiana pene virorum doctorum flagitatio, ut turbato licet ordine et aetatum et successionum, pro re nata, uti quemque fors obtulerat, et Latinos Graecis, et neotericos praeis illis, omnium artium et disciplinarum seminaria continentibus, postponeremus. Quae quidem fortuita ordinis turbatio si apud te, Lector amice, excusationem merebitur, erit quod nobis gratulemur : sin vero in consilium fortunam cadere debuisse negabis, at tu vicissim sic tibi persuade, non multum interesse, quo quisque loco ponatur, dum tu in illis nocturna diurna manu verseris, et qui sparsim et sine lege coniuncti sunt, intelligentia methodica ad ordinem nunquam mutabilem reducantur. De usu porro et utilitate huius generis scriptionum dicere non supervacaneum modo, sed et ineptum plane fuerit : cum illi ipsi, quos tibi nunc exhibemus, id veluti partitis operis tanta diligentia atque gratia praestiterint (id quod vel ex praefationibus eorundem, quas singulis praefigere volumus, cognosci potest) ut nihil in hoc genere perfectius desiderari posse videatur. Vale, et laboribus nostris vel grato, vel saltem non ingrato animo frere.

I. Textori Curiae Inquisitionum praesidi, I. Bodinus S. P. D.

Quemadmodum flores historiarum legere, ac suavissimos decerpere fructus oporteret, hac methodo, Praeses integerrime, complecti propositum erat. Quod quidem si consecuti videmur, tibi acceptum ferri debet : qui me renitentem oratione gravi, admista incredibili suavitate bonitatis, excellentisque naturae tuae, ad id saepius impulisti. Sin res aliter atque

vellem cecidit, hoc mea culpa contractum agnosco : quam tamen apud alios iudices levio- rem fore putavi, si primum tibi, hoc est, vestrae Curiae mitissimo iudici, meam causam probarem : ut si plus esset abs te veritati quam amicitiae tributum, eo praeiudicio confirmatus, alios exceptione rei iudicatae summoverem : aut si plus faveres amori erga me tuo, iudicis persona deposita, patrocinio me iuvares. Quanquam neque ex mea voluntate, et praeter expectationem ab altiore quodam de legibus instituto sum ad hoc genus scriptionis casu delapsus. Id autem breviter explicare tibi proposui, tum ut aequior sis erga me futurus (quanquam aequior esse non potes) in hac methodo iudicanda : tum etiam ut eos, quibus otii satis est, ingenii vero, scientiae, iudicii, multo plus quam mihi, ad haec pulcherrima studia cohortere.

Cum in forum venissem, ut scenae, quod dicitur, ac populo servire, hoc primum mihi proposui : ut tempus omne vacuum a forensibus negotiis in legitima studia conferrem, ac Reipublicae, cui post Deum immortalem omnia debemus, siue scriptis, siue quocunque modo possem, gratias referrem. Sed cum animadverterem triplex omnino scribendi genus esse : unum in rebus inveniendis, et materia suppeditanda : alterum in rebus ordine tradendis, et forma perpoliendis : postremum in maculis veterum librorum eluendis : mirum mihi visum est, tam multos esse ac semper fuisse rerum inventores, qui vero res inventas arte ac ratione traderent, admodum paucos. Ut enim alias artes omittam, innumerabiles prope scriptores habemus, qui ius civile Romanorum suis commentariis tantopere auxerunt, ut nulla re magis, nullo graviore morbo, quam sua magnitudine laborare videatur. Nam quo quisque magis in scribendo ineptus, eo maiorem librorum multitudinem effudit : qui tamen arte concluderit ea quae dispersa dissectaque leguntur, video fuisse neminem : et eos qui speciosa librorum inscriptione artem illam se tradituros receperant, vadimonium deseruisse : quinetiam ab eo, quod proposuerant, tam longe abfuisse, ut quid sit ars ipsa, ne suspicati quidem videantur. Sunt enim artes ac scientiae, id quod tu minime ignoras, non singulorum, sed universorum.

A szerző kifejti, hogy az állam és Isten szolgálatára a kevés fennmaradó szabadidejében a tudománynak szenteli magát, sok olyan auktoral ellentétben, akik a római joghoz szóló kommentárjaikkal könyvek sokaságát töltötték meg, mégsem gyarapították a tudományt semmi alapvető állítással.

At illi iuris civilis, id est, singularis cuiusdam civitatis artem tradere sunt conati, quam sapienter, non disputo : nihil tamen artis dignitate ac praestantia potuit alienius cogitari. Omitto quam sit absurdum, ex Romanis legibus, quae paulo momento mutabiles fuerunt, de universo iure statuere : praesertim cum edictorum ac legum infinita multitudine, post etiam Aebutia rogatione, omnes pene duodecim tabularum leges, ac subinde veteres novis renascentibus sublatae fuerint. Quinetiam Iustiniani pene ius omne a consequentibus Imperatoribus abrogatum videmus, omitto quam multa sunt, in illis quae restant legibus, absurda : quam multa iustis populorum pene omnium decretis, usuque diuturno antiquitata : nullius tamen populi, praeterquam Romani leges, et quidem ordine perverso, descripserunt. Legissent Platonem, qui legum tradendarum, ac moderandae civitatis unam esse formam putavit, si omnibus omnium, aut magis illustrium Rerumpublicarum legibus in unum collectis, viri prudentes eas inter se compararent, atque optimum genus ex iis conflarent. Ad hoc igitur institutum omnia mea studia, omnes contuli cogitationes. Principio Juris universi formam sic adumbravimus in tabula, quam tibi exhibuimus spectandam, ut ab ipsis causis summa genera, generumque partitionem, ad infima deduceremus : ea tamen ratione, ut omnia membra inter se

apta cohaerent. In quo verissime a Platone dictum intellexi, nihil difficilius ac divinius quam recte partiri. Deinde postulata constituimus, quibus tota disciplina, veluti firmissimis fundamentis niteretur. Tum definitiones subiicimus : postremo praecepta, quae regulae appellantur, qua brevitate fieri potest, ad propositam formam, velut ad formam exigimus. Ex adverso brevissimis notis Romani Iuris interpretes adiicimus, ut ex iisdem fontibus, quibus ego, haurire ad satietatem quisque possit. Altera ex parte leges populorum, qui militari urbanaque disciplina claruerunt, undique collectas annectimus. Quam quidem ad rem, Iurisconsultorum simul et Historicorum ponderibus utimur, ut Persarum, Graecorum, Aegyptiorum, non minus quam Romanorum legibus tribuatur. Ex Hebraeorum quoque Pandectis, potissimum ex libris Sanedrim optima quaeque haurire proposuimus : in quo mihi suam operam Ioann. Quinqueboreus¹⁷, ac Mercerus¹⁸ Hebraicae linguae regii doctores, mihi non defuturam spoponderunt. Hispanorum quidem leges et Britannorum, atque omnino clariorum Italiae ac Germaniae civitatum iura nobis ne desint (nam obscuriores conquirere infinitum sit) effecturum me non diffido, ut cum nostris simul coniungantur. Optarem illud quoque ut Turcarum iure civili perinde frueremur : aut certe Ius publicum, quo florens illud ac praepotens imperium stabilitum est, quodammodo teneremus. His accedet forensis doctrina, summaque auctoritas rerum, tum in vestra, tum in Imperiali Curia decretarum : quas partim nostrorum hominum, partim Guarini, et Mynsingeri opera consecuti sumus. Sic enim Polycleti norma, leges et legis actiones : Lesbia vero, aequitatem, et iudicis officium examinare decrevimus. Haec igitur omnia Iurisconsultorum, atque Historicorum probata et confirmata sententiis, artem illam efficiunt et clariorem et augustiorem, quam si ab unius populi Romani arbitrio penderet.

A szerző a római jog egyetemességét hangsúlyozza : hiszen minden későbbi korban ez jelentette az alapokat. Viszont az állam irányításához és működésének fenntartásához nem csupán a római jog fontos : mérteni kell más népek jogrendszeréből a történetírók munkáiból is.

Tametsi Graeculorum figmenta esse quae habemus, magna sui parte comperiuntur. Nam quindecim viri legibus constituendis a Iustiniano creati, cum foeda barbarie omnia premerentur, legum fontes adeo conturbarunt, ut nihil fere a sordibus et luto purum hauriatur. Ex quo secuta est immensa diffusaque legum copia, tum ut legum inter ipsas discrepantia tolleretur : tum etiam ut ab integro corpore avulsa membra, utcunque coagmentari possent. Ex quo veteres interpretes magno ingenio, labore vero pene incredibili fuisse intelligi potest, tum etiam ex eorum scriptis, quae tot ac tam multa effuderunt, ut omne suum tempus in scribendo posuisse, nihil ad legendum reservasse videantur. Sed cum in miserrima tempora incidissent, quibus nec bonis artibus erat nec humanitatis locus : suis scriptis plerosque ab hac scientia deterruerunt. Cum enim iuventus a suavissimis eloquentiae ac philosophiae floribus et hortulis, ad illa senticeta praeuptaque saxa vocaretur, animum plane deiiciebat : et quo quisque elegantius erat a natura, uberius etiam a doctrina perpolitus, eo magis refugiebat ab eius scientiae aditu, qui vepribus ac spinis interclusus tenebatur. Postea vero quam perpurgari coepit, tum legibus Romanorum sua prisca dignitas restitui visa est.

¹⁷ Jean Cinq-Arbres (Quinqueboreus), (1514- 1587), était professeur d'hébreu et de syriaque au Collège royal, voir DBF 8, 1315 ; DLF, 181.

¹⁸ Sur Jean Mercier (ca. 1510-1570), francia hebraista, François Vatable tanítványa, majd utóda a Collège Royal katedróján, voir *La France des humanistes I*, p. 277-306.

Idővel a római jog viszont felhígult és megromlott, viszont később megtisztult a salaktól, és visszanyerte régi méltóságát.

Ex iis ergo interpretibus, quorum delectum habemus, quibusque ad leges describendas utimur, quatuor sunt genera. Unum est eorum, qui in scholis perpetua disputatione legum, memoriam comprehensam habent : sed tamen sine usu et exercitatione forensi. Sequuntur ii qui diuturno rerum forensium usu, paucis quibusdam praeceptis, iudicandi prudentiam sibi compararunt : tertium genus est eorum, qui ab his quidem usum, ab illis praecepta didicerunt : quales inter nostros habemus Speculatorem, Fabrum, Guidonem, Chassaneum, Boerium, Baionem, Conanum, Tiraquellum, eiusque popularem Brissonem¹⁹, et collegii nostri decus Molinaeum ; ex quibus uberes in causis civium disceptandis ac iudicandis percipimus utilitates : prope nullas. Nam qui sine forensi disciplina Iuris scientiam se adeptos arbitrantur, plane consimiles sunt iis, qui seipsos in palaestra semper exercuerunt, nullas tamen acies viderunt, nullos militiae labores tulerunt. Itaque hostium aspectum ferre non magis possunt, quam is qui in scholis Biturigum tanta cum gloria florebat, id est, Strabo inter caecos acutissime cernebat: cum in forum venisset, de levissima quaestione consultus obmutuit, non sine acerba Riandi reprehensione. Tales ergo Iurisconsultos Io. Ferrerius tuus collega, vir omne laude cumulatus, qui nunc legatum apud Venetos agit, gravi testimonio de falsa illa, quam de seipsis concipiunt, iuris opinione depellere solebat, cum multis audientibus ingenue fateretur, se Ius ante ignorasse, quam in vestra Curia literas forenses ac senatorias usu diuturno comparasset. Non aliter atque Demades²⁰ orator, qui Reipublicae gerendae scientiam, non scholis et otio, sed in clarissima populi luce didicisse gloriabatur. Extremum genus est eorum, qui non modo praeceptis ac usu forensi, verum etiam praeclaris artibus, et solida philosophia informati, iustitiae naturam non ad hominum voluntates mutabilem, sed aeterna lege definitam amplectuntur ; qui normam aequitatis perite tractant : qui iuris origines ab ultimo principio deducunt : qui omnis antiquitatis cognitionem accurate tradunt : qui principis, senatus, populi, magistratumque Romanorum imperium ac potestatem plane tenent : qui philosophorum de legibus et Republica disputationes ad Ius interpretandum afferunt : qui Graecam et Latinam linguam, quibus descriptae sunt leges, minime ignorant : qui denique artem universam suis finibus circumscribunt, generibus notant, in partes distribuunt, versibus designant, exemplis illustrent.

Az auktör elővezeti, hogy a római jog mely értelmezéseit mutatja be könyvében : többek között olyan kommentátorok interpretációit, akik a jogot csak az iskolában tanítják ; az olyanokét, akik a jogot csupán gyakorlatban alkalmazzák ; azokét, akik csak az előírásokat tanulmányozzák, és azokét, akik az ítélkezést viszik véghez

¹⁹ Barnabé Brisson (ca 1525 -1591) était juriconsulte, et conseiller de Henri III, 1588-ban a párizsi parlament elnöke. voir DBF 7, 363-364 et DLF 135-136.

²⁰ Sur Demadès (ca. 380-318 BC), attikai rétor, Demosthenes és Antipater ellenlábasa, aki ékesszólásával II. Fülöp makedón király figyelmét is magára vonja. Fülöp halála után Nagy Sándor is nagy becsben tartja. Az improvizáció nagymestereként tartják számon, ez lehet az oka, hogy művei nagyrészt csak töredékben maradtak fenn. Orateur attique, voir DAGL p. 231.

Has dotes eximias si haberent interpretes illi veteres, haud dubium est, quin ista, qua terimus, commentariorum squallens sylva, lautis adolescentibus iucundior fuerit, et Reipublicae utilior futurae. Ex ea tamen aureas definitiones ad instituti nostri rationem legimus, et magnam gratiam illis habemus, quod suorum studiorum qualescunque fructus liberaliter ad Rempublicam detulerunt. Atque utinam eorum exemplo vestri quoque Papiniani, Scaevolae, Labeones²¹ (neque enim aliis nominibus appellandi sunt) quos ad aequitatem natura genuit, disciplina informavit, usus assuefecit: quantum valent, tantum velint. Quid enim tantam sapientiam latere potest? Aut qui merito maiore post homines natos Iurisconsultorum nomine fruuntur? Neque enim ulla pars orbis terrarum, aequae floret omni disciplinarum genere, ut Europa: nec ulla pars Europae legum scientia clarior fuit unquam, ut his temporibus Gallia (id quod etiamnum peregrini homines confitentur) nec theatrum Galliae ornatus ullum hac ipsa urbe: tum propter lumen huius Curiae: tum etiam propter urbis, cum universo terrarum orbe communionem, et quasi societatem. Quae cum ita sint, non existimo, id quod Platone de sanandis populis et confirmandis legibus scriptum est, a Solone et Lycurgo in summa legum inopia, diuturnaue peragratoe susceptum: a decemviris tota Graecia quaesitum (neque enim Adriano, vel Iustiniano cura fuit iuris alieni) commodius, aut facilius quam his eruditissimis temporibus, et in hac forensi schola confici posse. Neque dubium est, quin Franciscus maior, si diutius vixisset, hoc quoque suscepturus fuerit, et ad exitum perducturus. Non enim a Graecia Iurisconsultos arcessere, nec aliunde Legumlatores accire oportuisset. Sed tali ac tanto Rege nobis abrepto, miseranda conversio secuta est. Cum enim sementem in literarum agros sparsisset, ii qui florentem scientiarum segetem, ac fructus pendentes legere debuissent, putredine corrumpi maluerunt: sublatis scilicet agricolarum praemiis, ut ignavissimis ac turpissimis hominibus tribuerentur. Neque enim sine acerbissimo sensu doloris reminisci possum, clarissima ingeniorum lumina, quae tota Gallia fulgebant, squallore et inopia extincta fuisse. Restat igitur ut vos, quibus nullum tempus a munere publico vacuum datur, Semelorios, Portas, Canaios, Mangones, quibus otium peperit rerum omnium affluentia, pro vestra, quae summa est, auctoritate urgeatis: ut suis quoque scriptis bene de legibus mereri studeant, vel potius gratiam referant bene de se meritis, quarum ope tales et tanti evaserunt. Quod enim suis consultoribus assidue cavent ne capiantur, faciunt quod sua virtute ac sapientia dignum est: sed est eiusmodi virtutis ac sapientiae cavere, ut divina illa repona, quae in vulgus manare patiuntur, quaque famam non modo sempiternam, sed etiam salutem Reipublicae pariunt, ad posterum etiam derivari possint. Quod ab iis sperari non debet, quos nemo de iure consulere velit: qui se grammaticos malunt quam Iurisconsultos haberi, qui falsam scientiae nullam aequitatis opinionem induerunt, qui syllabarum momentis Rempublicam servari, iudicia constitui, lites dirimi putant. Quae sane pestis grammaticalis, intimos omnium disciplinarum aditus usque eo serpere coepit, ut pro philosophis, oratoribus, mathematicis, theologis: minutos de schola grammaticos ferre cogamur. Nam qui labes ac maculas de tabulis antiquis leniter detergere debuissent, ut pictura vetus agnosceretur, ferreo stilo turpes notas, et quidem indelebiles, tam alte in libris omnibus impresserunt, ut nullae pene antiquitatis appareat imago. Sed iis omissis, qui sua se voluntate ex albo doctorum hominum exemerunt, ad historiam, unde nostra fluxit oratio, relabor.

²¹ Sur Papinien (?- ca. 212) (Aemilius Papinianus), Scaevola (Quintus Mucius S.) et Labeo (Marcus Antistius Labeo) juristes romains, voir DAGL p. 645, 770 et 58. Az öt nagy római jogtudós egyike, Septimius Severus sógora. Fontosabb politikai tisztségei: procurator, praefectus praetorio, és részt vesz a britanniai hadjáratban is. Nagyrészt jogi művei csupán töredékekben maradtak fenn.

Ex hac igitur veterum leges huc illuc dispersas colligimus, ut huic quoque operi coniungamus. Et quidem in historia iuris universi pars optima latet : quodque ad leges optime diiudicandas magni ponderis est, ac momenti, mores populorum, ac rerum omnium publicarum initia, incrementa, status, conversiones, exitus ab ea derivantur. In quo praecipuum est huius methodi argumentum. Propterea quod fructum historiae nulli sunt uberiores, quam qui de statu Rerumpublicarum decerpi consueverunt. Atque eo de genere plura quam de reliquis partibus scripsi, quod eam disputationem tam necessariam ad intelligendum, pauci, et quidem frigide tractarunt, quae disputatio si nimis ampla cuiquam, ac diffusa videbitur, cogitare debet, ea quae nullum exitum habent, cuiusmodi est historia rerum humanarum, non posse brevi methodo contineri. Quod si Galenus de sola methodo suae artis, quae certis regionibus concluditur, libros plus quam triginta : Diomedes²² vero de re grammatica sex millia librorum effudit : profecto non debet id quod de universa historia scripsimus, copiosum videri. Quanquam istuc quicquid est, quod iam pridem ad te detuli, modis omnibus exiguum fore confido, prae illa fama, quam de singulari eruditione, deque virtutibus tuis concitasti. Quarum virtutum laudes eximias, nec in tam obscuro loco detegere, nec apud te praedicare decrevi. Bene vale. Calend Febr. 1566.

Az auctor az elveszett, régi könyveket összegyűjtötte, és itt kiadja, mivel véleménye szerint hiányzott az egyetemes jogtörténet legkitűnőbb része.

[p. 908]

Illustriss. ac reverendiss. D .D. Nicolao Olaho, Archiepiscopo Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis, Legato nato, Primate Hungariae, ac sacratiss. Caesariae Regiaeque Maiestatis summo Secretario, Cancellario ac Consiliario etc. Principi optimo atque amplissimo, Andreas Duditius S. P. D.

Magnos viros in omni aetate, Antistes amplissime, ac nunc quoque non leviter de scribenda historia video dissentire. [...] Patavii, III. Non. Mart. M.D.LX.

Voir :

Dionysii Halicarnassei De Thucydidis Historia Judicium, Andrea Duditio Pannonio interprete
Venise, 1560

1594

CICERO

²² Sur Diomedes, a negyedik században élt hellén tudós, aki grammatikai és retorikai műveket is írt ; Priscianus egyik példaképe. voir DAGL p. 247.

M. T. Ciceronis liber De Fato. Commentatione logica ita explicatus, ut et Logicae Aristoteleae genuinus usus dilucide monstretur, ut gravissima de fatali Necessitate, deque Contingentia quaestio, tum ex Aristotele eiusque interpretibus, tum ex aliis autoribus, et Theologorum scriptis ostendatur. Scriptus a Salomone Gesnero²³, S. Theologiae Doctore et Professore in Academia Witeberg: Adiecta est ad calcem libri locorum quorundam Aristotelis de providentia Dei explicatio. Cum indice rerum et verborum copioso.

Wittenberg, Simon Gronenberg, 1594. (RMK. III. 7457)

Magnifici Generosi et Praestantis viri, domini Andreae Dudithii ab Horehouiza, etc. III. Imperatorum Consiliarii, etc. Epistola ad M. Salomonem Gesnerum.

Excellentissime et charissime amice, tanquam fili S.P.

Institueram ad te scribere eo ipso tempore, cum literas tuas mihi frater tuus reddidit. Mirabar enim quid esset, quod tam diu sileres : et sane dubitabam, ne quid adversi tibi accidisset. Quare hoc quoque nomine pergrata mihi tua epistola accidit, quae me hac sollicitudine liberauit.

Non miror commentarium tuum crescere. Quid enim ad eam tractationem requiri potest, quod tibi non suppetat abunde ? Ingenio, doctrina, eloquentia, explicandi recto ordine ac via quis tecum ita contenderit, ut superior ex certamine discedat ? Ita, ut sentio, loqui me, certo tibi persuadeas, mi Gesnere. Aveo videre aliquot chartas eius lucubrationis, antequam totum opus pertexas. Fortasse inter legendum occurent, quae vel obiici, vel ab examinandum proponi poterunt, ut omnibus numeris absolvatur. Etsi quidem non mihi tantum sumo, ut tuam me adiuvari posse industriam putem. Sed fit saepe, ut tu scribis, ut etiam olitor oportuna afferat. Verum nihil tibi praescribo, fac quod lubet, indicare tantum volui, quid ego desiderem.

In Arist. loco mihi quoque haeret aqua. Obiicitur etiam in Cic. a nescio quo Epicureo, hoc ipsum contra providentiam, et nemini fere non venit in mentem illa dubitatio, quoties de hoc argumento agitur : Apud veteres etiam

tum Philosophos Ethnicos, tum Christianos. Sed qui causam eiusmodi adferat ullam, quae plane tranquillat animum, vix reperies. Augustinus certe, summi vir ingenii et doctrinae eximiae, in illum ipsum Psalmi locum, quem tu citas : Vere magnus, inquit, labor cognoscere : quomodo et Deus curet res humanas : et bene sit malis, et laborent boni. Magna vis quaestionis : Ideo hoc labor est ante me. Deinde, Magna res est fratres. Iamdiu laboro, inquit, et ante faciem meam laborem quendam, quasi inextricabilem video, ut cognoscam, quomodo et iustus sit Deus et res humanas curet, et non sit iniquus, quod peccatores et scelera facientes, felicitatem habent in terra, pii vero et Deo servientes in tentationibus pluribus et in laboribus fatigantur. Magna difficultas est hoc scire. Sed da, ut intrem in sanctuarium dei, et intelligam in novissima eorum In Psal. 91. Revera fratres mei, nullum mare tam profundum est, quam est ista cogitatio Dei, ut mali floreat, et boni laborent, nihil tam profundum, nihil tam altum, ubi naufragat omnis infidelis, in isto alto, in isto profundo. Haec ille, et quae sequuntur. Si tantus hic Theologus, si Christiani alii mysteriorum interpretes, si David ipse, divinus vates, non intelligunt, quid sibi Deus velit, dum in hoc mundo bonis male, contra malis ut bene sit, patitur : Quid Ethnici afferre possunt ad tam difficilis quaestionis explicationem, quod ad rem faciat, quibus non fuit datum nosse mysteria Dei ? Atque ex nostris quidam sunt, qui propterea improbos in altum evehi dicant, ut postea lapsu graviore ruant. Vidit hoc etiam hoc Aristoteles, 2. Rhet cap. 24. Multis non benevolentia Deus ingentes praestat prosperitates : verum quo nobiliores ipsorum fiant calamitates. Huc respicere videtur etiam ipse vates, quem

dicit : Verumtamen dolos posuisti eis, deiecisti eos dum allevarentur, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam. Ecce vidi impium superexaltatum, ut cedros libani : et tranisivi, et ecce non erat : et quaesivi eum, et non est inventus locus eius. Sed frustra quaerimus haec, et huius generis alia complura, quae in tam densis mentis nostrae tenebris, videre non possumus, donec, discussa hac nube, in sanctuarium Dei ingrediamur, ubi demum, ut vates ait, haec talia perspiciemus. verum si tu perspicaces illius ingenii tui nervos intenderis, erues aliquid operae pretium, sat scio. Meministi, ni fallor, me cuidam, non mediocriter docto homini hanc eandem aliquando quaestionem obiecis : respondit hoc tantum, ut quaerem ex Oeconoma et coqua mea, cur gallinas et anseres saginet. Indicare credo voluit, in altera vita suppliciis afficiendos esse eos, qui in hac bonis fruuntur, id quod et diuitis ac Lazari παραβολή docet. bene vale. Dedi Breslae Anno 1588. 20. Iulii.

Dudith levele S. Gesnerhez, amelyben véleményezi a szerző Cicero-kiadását, és egy Gesner által idézett zsoltár-helyhez ad értelmezési javaslatot.

1590

Nem Dudith adta ki, a kiadó csupán felhasználta – többek között - az ő kéziratát is.

APOLLONIOS DYSKOLOS

Apollonii Alexandrini De Syntaxi seu constructione Orationis libri IIII.

A Francisco Porto ante aliquot annos e manuscripto codice passim et correcti et suppleti; tum Latine redditi, et notationibus illustrati: Nunc denuo a FRID. SYLBURGIO cum bonus exemplaribus collati et notionibus aucti.

Addita e PROCLI CHRESTOMATHIA GRAMMATICA, Photii Patriarchae C P. Electa, ab Andrea Schotto primum edita, Latinitate donata, et scholiis illustrata nunc iterum a Sylburgio m.f. exemplaris collatione passim emendata, suppleta, notationibus aucta.

His accessere quattuor Inventaria, verboru, rerum, auctorum; tum Anomaliarum grammaticarum brevis adnotatio: opera et studio Fr. Sylburgii.

FRANCOFURTI, Apud Andreae Wecheli heredes, Claudium Marnium, et Ioann. Aubrium, 1590. Cum S. Caesariae Maiestatis privilegio. (Budapest, OSZK, Ant. 1871)

Generis, doctrinae, virtutumque splendore claris viris, Nicolao Redingero, et Martino Schillingo, patriciis Vratislaviensibus, amicis summopere colendis, FRIDERICUS SYLBURGIUS S. F. Q. P.

Biennium est circiter, nobilissimi et dictissimique viri, cum ad Apollini editionem uno eodemque tempore a duobus excellentissimis viris, sat magnó locorum intervallo diremptis, sollicitabamur. Primum enim illustris vir, Ioannes Vincentius Pinellus, ex Italia nobis offerebat doctissimi viri Latinam interpretationem et commentarium. Deinde Theodoru SEbastius, pro suo erga a rempubl. Studio, Francisci Porti in eundem auctorem lucubrationes a Porto moriente sibi legatas, ultro et ipse deferebat. Is summorum virorum consensus, multum nos, ut par est, movebat: non tamen prorsus permovebat. Deterrebat enim aliqua ex parte grammatici eius cognomen. Nam cum iam olim difficilis cognomento sit appellatus, verebatur ne scrupulosis hoc saeculo emptoribus minus esset futurus gratus. Non multo post tamen cum Aubrius noster ad vos negotiorum gratia Vratislaviam venisset, inclutus vir, Andreas Dudithius, qua pollebat auctoritate et gartia, editionem suo suffragio ita ei suadebat,

ut plane persuaderet. Paucis mensibus post accidit, ut magnus ille vir non sine insigni rei litterariae detrimento, ex hac mortali vita evocaretur. Ibi Apollonii progressus aliqua ex parte interrumpabatur: praesertim cum praestantissimus iuuenis, Thomas Savellus, qui et ipse cum Dudithio editionem urgebat, post hospiti et patroni obitum, a vobis in Italiam abiisset. Quamobrem vos, qui de instituto nostro intellexeratis, non committendum rati ut quae vivus adhuc Dudithius reip. destinaret, una cum eo sepelirentur; ea otius in lucem producenda existimastis, ut indefessum eius erga rem litterariam studium, etiam post obitum hoc documento comprobaretur. Itaque apud defuncti viduam filiique curatores tamdiu institistis, donec exemplar nobis promissum ab eis obtinueritis: idque confestim per amicos negotiorum gratia superiore autumno huc proficiscentes, transmissistis. Non multo ante Porti exemplar advenerat, cum Dudithianum per vestras afferretur.

Apollonios Dyskolos kapcsán az auktor több jeles férfiú mellett Dudith nevét is megemlíti, aki nagy gondnal dolgozott a szövegen, halálával azonban a munka egy időre félbeszakadt.

Cum ergo de tempore quod Graecolatinae Romanae historiae syntagmati dicatum erat, succidi horas aliquas posse viderem, ut tot tantisque suffragiis obsequerem, bono de futuris omine, animim ad editionem appuli. Quae ut luculentior prodiret, exemplarium collationem instituendi censui. Non contentus ergo duob. Istis exemplaribus, Porti et Dudithii quaesivi etiam tertium. Cum enim e clarissimo viro Paulo Melisso intellexissem in amplissima Palatinorum Electorum bibliotheca manuscriptum eiusdem grammatici exstare codicem, statim ad ornatissimum virum, Abrahamum Colbingerum, Palatinae Curiae secretarum, litteras dedi rogavique ut suis, amplissimique cancellarii, Iusti Reuberi, precibus enim mihi codicem ab Illustris. Principibus impetraret. Quo accepto, magna profecto mihi oboriebatur laetitia: verum ea mox maiore si parte minuebatur, cum ibi non integrum Apollonium, sed tantum priora XXI primi libri capita invenirem. Instituta igitur exemplarium collatione, deprehendi Palatinum codicem cum Aldina editione in plerisque consonare. Dudithii vero exemplar, et si cum Porti libro in compluribus congruebat; quippe quod ambo e Michaelis Sophiani codice promanassent: multas tamen habebat non poenitendas adnotationes, quae in Porti libro non erant et cum earum parti dumtaxat Sophiani nomen adscriptum esset, ceterae ab aliis doctis viris profectae videbantur.

Az előszó összefoglalja, hogy hol, mely kötetekben és kódexekben maradt fenn a szöveg.

Quoniam ergo suas partim emendationes, partim scripturae variationes in margine adnotarat Portus, ego nostras quoque similiter in margine collocandas putavi. Et ut discrimen inter istas notationes teneretur; quibus Sophiani nomen diserte in Dudithii libro adiectum erat, iis ego quoque idipsum apposui: ceteris ex eodem Dudithii libro desumptis adscripsi litteram D. Sic littera P in priorib. primi libri XXI capitibus Notavi Palatini codicis διττογραφίας; in sequentibus P et P.F. Porti notationes distinxi; praesertim sicubi cum Dudithianis eae cuncurrerent. Quamquam etiam Portus ipse aliquot in locis suas notationes ab alienis nota discreverat. Si quae vero notationes occurrerent quae marginale spatium excederent, eas Porti adnotationibus seorsum in fine libri expressis interserui; additis nonnusquam etiam de meo aliquibus coniectationibus. Et út praeter insignes accessiones, passim a Porto factas, per me quoque aliquod operi accederet corollarium, adiecti e Procli χρηστομαθία Grammatica, Photii

patriarchae Εκλογάς ab Andrea Schotto in Hispaniis primum Graece ac Latine publicatas, a me nunc denuo m.s. exemplaris collatione passim emendatas, suppletas, notationibus auctas. Adhaec quoniam grammaticorum librorum absque Indicibus exigua est utilitas, geminum operi sub finem adieci inventarium, Graecum et Latinum; illud verborum, hoc et verborum et rerum. Atque haec de huius editionis occasione, deque mea in eandem collata opella. De Apollonio ipso multa hic declamare, tam opus est quam actum agere, ipso Prisciani suffragio satis est laudatus. Et Porti eximia eruditio, atque in suae nationis auctoribus interpretandis, explicandisque, dexteritas, multis iam ante documentis illustribus ita est probata, ut nostra commendatione haudquamquam indigeat. Ad hanc certe interpretationem quad attinet, qui eam cum altera superius memorata contulerunt, Porto diluciditatis rotunditatusque palmam lubentes volentes tribuunt: quippe cuius ductu Apollonius hucusque Difficilis, deinceps studiosis hominibus redditus sit facilis. Vobis autem cur potissimum dicatam hanc opellam voluerim, nobilissimi doctissimique viri, non longa commemoratione opus est. Ipsa aequitatis regula id postulabat. Cum enim vestra in primis ope tam egregias ad hanc editionem nactus sim suppetias, ad vos omnino eas referri par erat. Deinde tali et doctrina estis et iudicio, ut non tantum recte iudicare, de hisce laboribus nostris possitis, sed eosdam etiam si opus sit, adversus iniquas obtreactiones tueri de quibus ut vos ita omnes ubique litteratos hoc sentire velim, esse illos etiam in hoc scriptore publicae utilitatis studio et susceptos et peractos, atque ut illustri academiae Marburgensi satisfaciam, qui de clementissimorum principum meorum sententia, et titulum mihi professoris extraordinarii et et stipendium decrevit. Quod si sorte doctis iudiciis non usquequaque hac in parte satisfeci, ut τὸ ἐν πασι κατορθῶσαι ἀνεφικόν ἐστι, cogitent velim, ut in opera tam difficili, tam exigua temporis spatio horis succisivis a meae conditionis homine vix aliquid maius praestari potuisse Quod ab omnibus aequis alienorum laborum aestimatoribus mihi polliceor, sic a vobis praesertim hoc exspecto et peto. Vos id petitioni meae non denegabitis, et qua aemulatione cum Monavio nostro in impetrandis huiusmodi suppetiis hucusque certastis, aedem deinceps quoque, in aliis ad publicam utilitatem proferendis, me cum eodem Monavio adiuvere pergetis. Quod ut diu ac facile praestare possitis, cum prospera valitudine felices in laudatissimis instituis successus vobis precor ex animo.

Francofurdi, VII Id. April. anni a Chr. n. MDXC.

Az auktor megemlíti, hogy elég azt tudni Apolloniosról, amennyit Priscianus említ, majd hozzáteszi, hogy a művet azért adja ki, mert szerinte a szöveg mindenki hasznára válik, és reméli, hogy emellet a marburgi Akadémia megelégedettségre is szolgál.

ÉLETRAJZ

András DUDITH

(Buda, 1533. febr. 16 – Boroszló, 1589. febr. 23.)

(Dudich; Andreas Sbardellatus; Andrea Sbardellati)

Dudith András a 16. századi európai és magyarországi humanizmus jeles alakja, azon kevesek egyike, akik nem csupán politikai, hanem tudományos és egyháztörténeti szempontból is jelentős szerepet játszottak ebben a korszakban. Aktív politikai tevékenységének és magas

egyházi hivatalának köszönhetően kora sok fontos személyiséggel is kapcsolatba került, részt vett például a tridenti zsinaton. Élete végén csalódott korábbi eszméiben, kiábrándult az általa viselt egyházi és világi hivatalokból egyaránt; ezt mutatja az a tény is, hogy kétszer nősült, és az antitrinitarizmus felé fordult. Utolsó éveit száműzetésben élte le és a tudomány művelésének szentelte.

Édesapja családja horvát vagy szlavón eredetű, édesanyja a velencei Sbardellati család tagja volt. Apja halála után anyai nagybátyja, a váci püspök, majd később esztergomi érsek Agostino di Sbardellati gondoskodott neveltetéséről. Boroszlóban, Veronában és Padovában tanult, majd 1553-ban Reginald Pole (1500-1558) angol kardinális személyi titkára lett, aki utazásai során magával viszte őt V. Károly német-római császár, I. Mária angol királynő és II. Henrik francia király udvaraiba.

1553-1555-ig a híres párizsi Collège Royal hallgatója, ahol mesterétől, Adrian Turnèbe-től tanulta a klasszika-filológiát és a keleti nyelveket.

Magyarországra hazatérve kapcsolatba került Oláh Miklóssal, aki még pappá szentelése előtt apostoli főjegyzővé majd esztergomi kanonokká és budafölvévi préposttá nevezte ki. 1558-ban érkezett Padovába jogot tanulni, de kapcsolatba lépett a Paolo Manuzio, Gianvincenzo Pinelli és Szophianosz által vezetett humanista körökkel is. Valószínűsíthető, hogy ekkor kezdődött barátsága Nicasius Ellebodiusszal.

1560-ban visszatért Magyarországra, Ferdinánd császár knini püspökké nevezte ki.

1561-ben a nagyszombati tartományi zsinat úgy döntött, hogy a magyar klérus képviselőjeként Kolozsváry János mellett Dudithot küldi a tridenti zsinatra. Feladatukként azt jelölték ki, hogy támogatniuk kell Ferdinánd császár követeit, akik a császár békülékeny valláspolitikájának jegyében léptek fel. 1652. április 6-án nagy hatású beszédet tartott a tanácskozás alatt, amelyben a magyarországi egyházi állapotokat jellemezte, és amelyben kiemelte a magyar főpapok vallásos buzgalmát.

Az engedékeny valláspolitikai képviselőjeként Dudith a zsinaton fellépett a papi cölibátus eltörlése és a keresztény egység protestánsoknak tett kedvezmények árán való fenntartása mellett is. A szeptember 5-i tanácskozás alkalmával sürgette a két szín alatti áldozás ismételt bevezetését. Beszédeivel ugyan nagy hatást gyakorolt hallgatóságára, nézetei viszont annyira különböztek a hivatalos állásponttól, hogy távoznia kellett a zsinatról. 1563-ban Bécsbe utazott, hogy a császárt tájékoztassa, mivel a spanyol király követi felvetették a protestánsok képviselőinek meghívását a zsinatra, a pápai követek ebben az ügyben viszont a császár közbenjárását szerették volna elérni.

Még ugyanebben az évben csanádi, 1564-ben pécsi püspöki méltóságot kapott, császári tanácsos lett, majd 1565-ben II. Miksa követeként Lengyelországba utazott. A lengyel királynő radomi udvarában ismerkedett meg Regina Straszównával, akit 1567-ben, lemondva egyházi méltóságáról, feleségül vett. Világi tisztségeit megtarthatta, továbbra is a császár ágenseként és informátoraként funkcionált. A katolikus vallást elhagyva Kálvin tanaival, majd az unitárius eszmékkel szimpatizált, noha egyetlen felekezethez sem csatlakozott, a vélemény szabadságát hirdette. 1573-ig Lengyelországban élt, majd távoznia kellett, mert ellenezte Báthory István lengyel királlyá koronázását. Időközben felesége elhunyt, Dudith pedig 1579-ben másodszer is megnősült, és családjával Boroszlóban telepedett le, ahol haláláig élt.

Tudományos munkássága sokrétű: filológusként készített szövegkiadást és kommentárt, fordított, asztrológiai témában írt, valamint orvosi kérdésekre kereste a választ. Nyomtatásban három műve jelent meg: lefordította és kommentálta a Halikarnasszoszi Dionüszosz Thuküdidész-tanulmányát (*Dionysii Halicarnassei de Thucydidis historia iudicium*, Velence, 1560.), és olaszról latinra fordította a Ludovico Beccadelli által írt Reginald Pole-biográfiát (*Vita Reginaldi Poli*, Velence, 1563.). Kiadott egy értekezést az 1577-78-ban feltűnt

üstökösről, amelyben leszámolt az égi jelenségekhez köthető babonákkal, például azzal a tévhittel, amely a pestist mindig egy üstökös megjelenítéséhez kötötte. (*De cometarum significatione*, Bazel, 1579.)

Orvosi szempontból is a járványok keltették fel érdeklődését: barátaival folytatott levelezésében azt tisztázta, hogy egy-egy betegség tömeges és sporiadikus előfordulása ugyanazon okokra vezethető-e vissza, más szóval a szórványosan előforduló és a tömeges méreteket öltő fertőzések ugyanazon betegségnek tekinthetők-e. Következtetéseivel laikus létére megelőzte kora tudományos álláspontját.

Kézírtos munkái között megtalálhatjuk több görög szerző szövegének emendációját (Ptolemaiosz, Longinosz, Appianosz, Diodórosz Szikulosz, Proklosz, Diophantész, Szünkelosz, Geminosz).

Életművének legjelentősebb részét levelezése teszi ki, amelyet korának jelentős tudósaival folytatott politikai, teológiai és természettudományos témákról. Tevékenysége, kapcsolati, és szabad szellemű gondolkodása révén egész Európában hírnevet szerzett.

FORRÁSOK:

- Costil, Pierre, *André Dudith, humaniste hongrois 1533-1586, sa vie, son oeuvre et ses manuscrits grecs*, Paris, 1935
- Zipser Sándor, *Dudith András a tridenti zsinaton*, Budapest, 1938
- Jankovics József, Monok, István, *Dudith András könyvtára*, Magyar Könyvszemle, 1994
- Szlatky Mária, *Dudith András humanista philologus levelezésének orvostörténeti jelentőségéről*, Orvostörténeti Közlemények, 1984
- Szczucki, Lech, *L'epistolario di Dudith András*, Rinascimento, 1985.
- Szabó András: *Dudith András politikai tevékenysége 1574-ben*, in: *Uő: Respublica litteraria*, Budapest, 1999

A SZERZŐ MŰVEI:

Dionysii Halicarnassi de Thucydidis historia Iuducium, Andrea Dudithio Pannonio interprete ad Illustrissimum et Reverendissimum Archiepiscopum Strigoniensem, Venetiis, 1560

Qua ratione via ac methodo historias cum latinis tum praesertim graecas intelligenda iudicanda ac legenda sint. Opus eruditissimis ac omnibus historiographis multo pernecessarium Dionisio Licarna (sic) auctore, Venetiis, 1571

Io. Bodini Methodus Historica Duodecim eiusdem argumenti scriptorum tam veterum quam recentiorum commentariis adacta, Basileae, Petri Pernae, 1576

Orationes duae in S. oecumenico Concilio Tridentino habitae a R. P. Andr. Dudithio Sbardellato episcopo Tinniensi ac Dn Praelatorum totiusque Hungariae Cleri orator, ed. a Petro Fontidonio Segobiensi, Venetiis, apud Iord. Zirlatum, 1562

Vita Reginaldi Poli Britanni S. R. E. Card. et Cantuariensis archiepiscopi, Venetiis, 1563.

Andr. Dudithii viri Clariss. De cometarum significatione commentariolus, in quo non minus eleganter quam docte et vere mathematicorum quorundam in ea re vanitas refutatur, Addidimus D. Th. Erasti eadem de re sententiam, Basileae, ex officina Petri Pernae, anno 1579

Orationes duae in Concilio Tridentino habitae 6. apr. Et 16. jun. 1562 cum praefatione ad Nicolaum Olahum Archiepiscopum Strigoniensem, Brixiae, 1562

Orationes pro clero Hungariae et orationes ad Tridentinam Synodum, Venetiis, 1562

Oratio de calice laicis permittendo in concilio Tridentino habita, Patavii, 1563

Orationes in Concilio Tridentino habitae Apologia in Maximilianum II. Commentarius pro conjugii libertate etc... edita studio Qu. Reiter Offenbach, 1610

Orationes quinque in concilio Tridentino habitae, Halae Magdeburgi, 1743.
Dialogus de electione Poloniae regis, 1573?
Apologia, 1573
Publica gratulatio pro electione et coronatione Maximiliani... in regem Romanorum,
die 8. dec. 1562.

KRITIKAI BIBLIOGRÁFIA:

Dudith leveleinek kritikai kiadása:
Andreas Dudithius: *Epistulae, Pars I. 1554-1567*, Lech Szczucki, Szepessy Tibor,
Budapest, 1992; Pars II. 1568-1573, Budapest, 1995; Pars III. 1574, Budapest, 2000; Pars IV.
1575, Budapest, 1998

VONATKOZÓ IRODALOM:

Juhász Kálmán, *Dudith András tanulóévei*, Történelmi Szemle, 1926
Costil, Pierre, *André Dudith, humaniste hongrois 1533-1586, sa vie, son oeuvre et ses
manuscrits grecs*, Paris, 1935
Faludi János, *Dudith és a francia humanisták*, Budapest, 1928
Kerecsényi Dezső, *Dudith András*, Irodalomtörténet, 1935, pp. 189-204.
V. Kovács Sándor: *Manoscritti umanistici ad Esztergom I, (Libri epistolari apografi)*, Magyar
Könyvszemle, 1972, pp. 15-20.
Csányi László, *Dudith András, vagy a halhatatlanság nyomorúsága*, Dunatáj, 1984, pp. 15-25.
Juhász, Coloman, *Andreas Dudith. Ein Beitrag zur Geschichte des Humanismus un der
Gegenreformation*, Historisches Jahrbuch, 1935, LV pp. 55-74
Szczucki, Lech, *Andreas Dudith*, Theologische Realenzyklopädie. Tom. 9, Berlin, 1982, 206.
Juhász Kálmán, *A csanádi püspökség története*, Makó, 1935
M. Eruszt Johanna, *Néhány szó Dudith András védelmében*, Egyetemes Philológiai Közlöny,
1944
Bazala, Vladimir, *Dudith András*, Zágráb, 1951
Nyerges László, *Az üstökösök jelentéséről szóló Dudith András-értekezés kiadásáról*,
Filológiai Közlöny, 1974
Vasoli, Cesare, *Dudith András e la disputa sulle comete*, in: *Rapporti veneto-ungheresi
all'epoca del Rinascimento*, 1975, in: *Uó, I miti e gli astri*, Napoli, 1977
Szczucki, Lech, *Między ortodoksją a nikodemizmem, Dudith András na soborze trydenckim*,
Odrodzenie i Reformacja w Polsce, 1984.
Pirnát Antal, *A kelet-közép-európai antitrinitarizmus fejlődésének vázlata az 1570-es évek
elejéig*, in: *Irodalom és ideológia a 16-17. században*, szerk.: Varjas Béla, Budapest, 1987.
Szczucki, Lech, *Ars dissimulandi, Dudith Andrása rozstanie z Kościoem*, in: *Kultura polska a
kultura europejska*, Warszawa, 1987
Kemenes Pál, *Gondolatok a pestisről, Dudith András (1533-1589)*, Orvosi Hetilap, 1990
Szepessy Tibor, *Marginalia Dudithiana*, Irodalomtörténeti Közlemények, 1990; Adattár, XVI-
XVIII/12, III, 1993
Szczucki, Lech, *Magna indole puer*, in: *Adattár XVI-XVIII/35*, 1997
Ács Pál, *Dudith András török sógora*, Irodalomtörténeti Közlemények, 1999

